

honores: eos despiciendo. suas delicias eas abhorrendo. a suas diuitias eas contemnendo. De his tribus ~~rebus~~. ~~si~~ moyses gradus effectus negauit se esse filium filie pharaonis. quo ad contemptum honorum: magis eligens affligi cum populo dei a hoc quo ad contemptum deliciarum: maiores diuitias estimans thesauro egiptiorum in properium christi quo ad contemptum diuitiarum. Deo autem debemus reddere secundum ~~hebreos~~ decimas a oblationes. **Solutio autem decimarum iure fiet eo quod naturalis ratio dicat ut necessaria ministremus eis: qui nobis spiritualia ministrant. Ma. l. iij. Inferte omnes decimas in horreum meum ut sit cibus in domo mea. Et dato quod ibi sit cibus adhuc tamen debet inferri propter pauperes quibus tenent de tali puidere. Partum est ab ecclesia institutio que ordinauit quod sic in veteri lege: sic in noua decime persoluantur. Et quod decimarum solutio partum est a iure naturali. a partum a dei auctoritate. a partum ab ecclesia institutio. ideo ~~secundum Augustinum~~ Decime ex debito requiruntur a que eas dare nonauerit: alienas inuadit. **Secundo** debent deo dari primicie a de precipuis fructibus terre. **Iste** tamen primicie solui debent secundum consuetudinem preterite a indigentiam ministrorum ecclesie. **Tercio** dari debent deo oblationes. Et quibus oblationes sunt uoluntarie tamen in duobus casibus necessario sunt soluende. **Primo** propter necessitates: quoniam scilicet ministri ecclesie non habent unde sustentarentur**

Secundo propter approbatam consuetudinem. scilicet quoniam presbiteris consueuerunt certis festiuitatibus oblationes fieri si illas uellet subtrahere: possent cogi ad laudabiles consuetudines obseruandas.

Sequitur sermo tertius de elude.

Redde igitur que sunt cesari cesari. a que sunt dei deo. **Ro. xij. Redde oibus debitum. Cui tributum tributum. cui uerigal. uerigal. cui timore timorem. Et que sunt dei deo. Na cesari debemus reddere tributum a uerigal. deo autem timore a honorem. Principi ergo terreneo debemus reddere tributum maxime quoniam uidemus ipsum publicam strenue gubernare. Est ei ad instar capitis a ceteri ad instar membra. **Ubi** plutarcus quidam philosophus in scripturis per epistolam **Craxam**. Princeps capitis obtinet locum unum tamen subiectionis deo. cordis locum senatus tenet: a quo honorum a malorum initia: oculorum a aurium a lingue officia sibi uendicant iudices a presides prouinciarum. **Officiales** uero a milites manibus coaptantur. **Qui** uero spiritus assistunt principi: lateribus assistunt. **Podibus** autem solo adherentibus agricolis adaptantur. **Quia** igitur princeps locum capitis tenet: totum corpus a uniuersum populum sibi subiectum ualiter regendos. **Ut** autem teneat a ualiter regat: quinque habere debet. **Primo** ei debet**